194. Hæc rejicienda videtur divisio illa, in medicatas, & usuales. Medicatæ nobis sunt, quæ communi nomine medicinæ parte veniunt, nec nisi adversus morbos adhibentur. Tales sunt purgantes, quæ noxiis humoribus evehendis deserviunt, ut Rhebarbara dicta bili depellendæ aptissima. Fit vero hoc eo, quatenus nonnumquam reptam in ventriculo, visceribusque ex escis residuam, spissam fortasse multæ pituitæ densatam materiam solvunt, vel diluunt, vel suis vi sua, chylo sanguini immixtæ, & per circulationem in humorum receptacula delatæ hos dividunt, & attenuant, sibique non raro impeditos per laxatos meatus secum evehunt: aliæ quasi diarrhaticæ, quæ ser[um] in venis dissolvendo, meatusque laxando urinam provocant, ut radix fœniculi, borrago, juniperus: aliæ vomitum cient, ut cortex juglandis, helleborum album: aliæ sudorem provocant, ut carduus benedictus, angelica &c. Denique nonnullæ & capiti medentur, ut salvia, hyssopus, rosmarinus; cor recreant, ut alkermes, melissa; pectori prosunt, ut betonica, tussilago, ficus; somnum conciliant, ut papaver, opium &c. in quibus naturæ cujuslibet congrua dosis, ne noceant, est attendenda.

195. Medicatis usuales opponimus, quæ etsi vi medica non penitus destituantur, quia tamen leniter, & inobservatæ exerunt, vixque sit herba, quæ virtute quapiam prædita non sit, usus quorumdam adeo invaluit, ut jam penè quotidianus sit, hoc eas appellare nomine jure nos posse existimavimus. Et vulgares quidem, ut asparagum, brassicam, petroselinum, &c. non est quod memoremus; quaspiam magis dignas & origine quidem peregrinas, at usu penè domesticas hic nominare licet, efficaciam alio reservamus, ut sunt tabacum, faba Arabica, seu Caffee, Thée, Cacao, & vanilla.

Articulus 2dus.

De plantar[um] qualitatibus

196. Qualitates, quæ suum plantis conciliant pretium aliæ externæ sunt, modo colore figura consistunt, aliæ internis receptæ visceribus nonnisi ex effectu agnoscuntur; his posteriori de illis contenti tractatibus ~~[illegible]~~ semper vulgares, nemini non notas affectiones supplet compendium. Sit itaque nunc 1o de qualitatibus externis.
~~196.~~ Ordimur a mole, quæ tam vis in oculos incurrit, sed nonnisi quæ extraordinaria est altitudine seu crassitie. Exaltissimis sunt arbores, si Geographis fides, quæ in Insulis fortunatis 144. pedes sunt altæ, aliæ illæ in India, quæ nec sagittis superari possunt. A vastitate commendatur arbor una in Congo, quæ in navim excavata 200 homines capiet, alia in Sinis, quam 8a vix circumplecti possunt. aliæ quercus in Anglia, sub cujus umbra mille homines requiescant, at verum ut jorem quis huic atque illi arbori Ceylanæ Insulæ habeat fidem, quam Talipot dicunt, cujus vel uno folio 15 viri tegi possunt. Ratio porro tanti in his incrementi universim repeti potest à succi nutrii intra dictorum locorum copia, aëris temperie, plantar[um] structura, succis recipiendis accommodatissima. A figura plurimum pronæ variores. 1o. Tartaricus ille agnus, colore, figura, ipsa adeo pelle simillimus. 2o Satyriæ, vel orchides, quæ varias aliarum fructus exhibent. 3o Peruana Pasciæ Granadilla nec jam admodum apud nos rara, hæc planta florem habet, in cujus foliis dominicæ passionis insignia exacte expriment. Hoc si forma constans sibique communis est à seminis origine procreatur; si insolita, à fortuita succi copia impulsive corripit. Sunt & plantæ quæ in aliis externis qualitatibus peculiare quidpiam ostendunt. In Sinis rosa reperitur quæ singulis diebus colorem bis mutat, nunc albæ, nunc rubræ; nempe partium ejusmodi rosæ superficiem constituentium plexum actione Solis, aut vi succi dictæ fermentatione variari oportet, ut aliter & aliter lumen in oculos reflectat. Convolvulus flos nocte folia contrahit, quæ rosa Hierichuntina ab opposito eodem tempore explicat; quod à Sole dixisse plurium, nocturnis horis frigore contrahi soliter, disponi repetendum est. Heliotropium, seu Solsequium, si Soli se semper obvertit, ut eum sequi videatur, ea parte, quæ à Sole illuminatur & calefit plus expirat, ut ita plurium aliarum ponderi pressionis fieri hac parte cedere, & sic inclinari debeat. Flos noli me tangere, aliter Balsamina dictus, cujus semen ubi maturum est à sola attactu rumpitur & spiras contorquet, nil ... reptans videtur. ea fictione annulas quasdam quibus veluti basi reliquæ fibræ innitebantur. Huc denique pertinent & herba pudica, & corallia, & flos in aqua serenitatis descens, de quibus erudite hoc titulo pertractat Cl. Rayus in hist. plant. lib. 2. pte 1. Sed jam expendamus qualitates internas.

197. Internas plantar[um] qualitates, seu quibus præditæ sunt, vires, et effectus, a resolutione chymica edocemur. Ear[um] alteram rationem itaque esse alias calidas, alias frigidas, has siccantes, illas humectes, morbos ipsas, alias medelam morbis afferre. Harum diversarum qualitatum si causam in universum spectare velim, optime cum Gassendo inde repeti, posse existimo, quod tum semen, tum plantarum ipsarum partes diversæ componant principia, quæ cum aliis atque aliis constituentibus, tam ipsis non variis variam inducant modificationem, temperamento hujus amicam, alterius adversam; inde fit ut herba uni salubris, alteri noxia esse possit. Hæc & supra nonnulla in compendio dixisse sufficiat, qui vires & nomina quarumdam in particulari nosse cupit pharmacopæor[um] bibliothecas, Botanicosque adeat, è quibus nos quorumdam fructuum plantarumque inter usuales recipiunt vires, ut innuimus breviter exponemus. Usitatissima est Tabacum, planta ab America Insulæ Tabaco dicta, ex qua tempore à lusitanis in Europam delata est. Hanc Galli herbam Reginæ vel Nicotianam appellant, quod eam Joan. Nicot Franciscii II. Galliar[um] Regis ad Sebastianum Lusitaniæ Regem Orator Catharinæ Medicææ Galliæ Reginæ primus Ao 1560 transmiserit. De plantæ hujus virtute Cl. Fagonius Ludovici XIV Archiater in Thesi 1699. publice Parisiis proposita hæc habet: 1o Tabacum in pulverem redactum naribusque haustum purgare cerebrum, capitisque gravamen relevare, quatenus narium fibras vellicando ex illis humorem stagnantem expellit, & è vicinis glandulis succedentem provocat. 2o mansticata vel in fumum redacta & hausta fibribus suis particulis maxillarum fibras & glandulas penetrantibus humorem narium copiosum expellentibus medetur dolori dentium, catarrho asthmati, aliisque malis ex noxio humore procedentibus, quoque defluentis in ventriculum pituitæ copia, e gustus organis supplentibus, fit ut famem facilius toleret. 3o Externus quoque ulceribus & vulneribus medetur, dum nempe acrimonia sua putridam corrodit ~~[illegible]~~ carnem pravosque humores dissipatis Tabacum.

dissipatis putredinem prohibent. Ex hac porro corrosiva & adstrictiva Tabaci virtute manifestum fit esse moderatum ejus usum salu-
brem, immoderatum autem noxium esse, quum fieri potest, ut humoribus necessariis nimis expulsis, nervorum contractio, cerebri siccitas,
ac inde memoriae defectus, vitium pulmonum, pleraque alia consequantur. Nec minus nota est faba Arabica, vulgo Caf-

Potus arabicus (Quy Xntr.)

fée, qui fructus est arboris in Arabia Felici potissimum, & tanta copia crescentis, ut ex illa sola divendita quotannis
plus millione uno aerarium Turcarum Imperatoris ditet. Hos palcias hac in horto Királyfalvensi Illustrissimi Ex-
cellentissimi Comitis Joannis Palffi Hungariae Pro-Regis videre est altitudinis insignis floribus toto ferè Anno or-
natas, fructibus copiosis, ad instar cerasorum rubris, peregrini, nec tamen inamoeni saporis, quorum singuli duas nucleorum vice
fabulas sunt complexi. Usus hujus hodie familiaris in Europa nonnisi seculo proxime elapso coepit. Vires praecipue in eo ce-
rit, quod ciborum digestionem adjuvet, urinam, sudoremque provocet, humoribus dissipatis capitis dolorem levet, somno-
lentiam fugat, stomachum roboret, languoresque impediat. Provenit istud à salinis sulphureis oleosisque potius sali-
bus, quae chylum incidunt, ex quo digestio facilior, humores stagnantes dissolvunt, & fluidos reddunt, sulphureis
immixtae fermentationem efficiunt, meatusque reserant, ex quo sudor prolicit, dissipat languor, spiritusque vitales agi-
tant. Unde siccis, a sanguine bili abundantibus usus ejus facile nocet. Thee arbusculae cujusdam apud Sinas,

Thee.

Siamenses, Japonensesque celeberrimae folia sunt. Vim huic eandem medici apud Puschelium tribuunt quam
fabae supra descriptae, sed in magna copia decoquatur, ob consimilia elementa. Interim, quia continet parva ejus grana, de-
coctione adhibet, potius usitata & levior, & magis innocua est quam Caffée, per eam enim expicata leste spiritus animales leni
excitant, humores lente dissipant, sanguis purgat, rheumatici, & arthritici dolores avertunt, ac tum primis à
superfluis humoribus liberato capite, mens serena servatur & ad literarum studia, aliaque peculiarem attentionem
exigentia apta redditur, ut adeo apud Sinas Thee herba eruditorum vocetur. Omnium tamen potionum, quae
è fructibus peregrinis conficiuntur suavissima simul ac saluberrima est Chocolata, à quibusdam Succollata

Chocolata

dicta. Haec ex fructibus arborum Americanarum Cacao & Vanilla constituitur, simulque una cum sacharo certa proportio-
ne commistis, inque massam ritè super temperatum ignem bacillis confit, quibus non raro ambra, cinamomumque adhi-
a loco Vanillae substituit. Massae hujus uncia in aqua phiala decocta capiti, stomachoque medelam adfert, convenien-
tissimam; vires nempe reparat, ventriculum roborat, cerebri caliginem discutit, cruditatem emendat, nisi
fortassè ob Vanillae copiam calore nimio in effervescentiam noxiam sanguinem concitet. Finio, plantarum namque
& aliorum fructuum vim ac virtutem etsi singularem, ipsa copia vulgarem notissimamque fecit.

Articulus 3tius.

De plantarum foecundatione, propagatione, excretione.

198. Post internas plantarum virtutes, quae maxime Botanicos advertunt, earum foecundatio, propagatio et excretio sunt, de quibus ex his et nos pauca.
Foecundatio ea operatio est, qua planta ad fructus suos tum copiose proferendos, tum ad debitam maturitatem digerendos apta;
hoc ex Botanicorum observatione per pulverem quendam sive farinam sulphureis ac nitrosis halitibus compertum fit, qui in stami-
num in floris calyce nascentium apicibus instar sanguinis potissimum flavae, aut albae, rarius caeruleae accrescit, ubi dum
maturuerit, ac in subjectum floris fundum deciderit, ubi fructuum semina sunt, fermentationem ad seminum maturitatem
necessariam promovet; imo in ipsum corpus plantae per poros delatus, succi quoque nutritii digestioni, fermentatione eadem excitata, de-
servit. Atque ad hoc pulvere occasio data fuit plantas alias appellandi mares, alias feminas; mares nempe sunt,
quae flores sine fructu & semine proferunt, feminae, quae fructus & semina, imo fortasse & flores quidem sine dicto pul-
vere proferant, quamquam potissimum iisdem ex ramis haec omnia sive pendea spectent: quod si reipsa pulvere dicto aliqua
quaepiam careat, ut de palmis, oleisque nulli testant, nisi mares arbores in feminarum vicinia plantent, a pulvere di-
cto flores hae conspergant, fructus aut nullos, aut certè ad maturitatem productos non producent. Ex quibus jam intelligis, cur
floribus non copiosis, si iis aut gelu adurant, aut ventis imbribusque decutiant, steriles, & absque fructibus remaneant arbores.

199. Propagationem quod attinet ea ad duas species revocat, ad transplantationem & insitionem. Transplantatio fit, cum ramusculus
ex arbore resectus ineunte vere terrae infodit, cujus fibros succus nutritius per poros subit, & valet in radice fermentatione ex-
coctus circulat, dum debitè digestus quasi quoddam alimentum fit, ut jam transplantatus surculus non modo ramusculos sur-
sum emittat, sed fibras radicis instar in ipsam terram deorsum exporrigat, & tandem in perfectam plantam formet.
Hoc aliter obliquatione vites multiplicant, dum nempe ramus longior à vite non resectus in fossam vicinam deprimitur
è gemmis, quae in folia abiissent, radix enascat, & vitis exurgat nova, qua virescente ramus ille à vite priori praeciditur.

200. Triplex est insitio: nempe insitio proprie talis, ubi inter lignum & corticem resectae arboris surculus inseritur, similiter
ut bene adhaereat probè constringitur. Infoliatio vocatur quando surculus trunco arboris, aequaliterque resectus ita aptatur, ut accura-
te medulla medullae respondeat, ut sic quasi in se copulentur; utrobique ne injuriis aeris pateat cera a pice conjunctio mu-
nit. Denique Inoculatio est vi cujus cortex inoculandi surculi in locum detracti ex alio surculo parit corticis ita applicatur
ut gemma unius alterius gemmae sive oculo correspondeat addita commissuris pice. Duo autem peculiaria habet haec insitio: primo quod
surculus unius speciei in alterius speciei arborem insitus fructus speciei suae ferat, sic cerasus pyro inserta cerasa proferat; unde
ratione eadem ex arbore diversos colligere potis fructus, cum plantula insita succum ex arbore receptum per organa sua
dispositione alteret, seminisque insiti qualitate fructum educat; alterum quod insitione fructus communit priores meliores
nascantur; nam succus per plures diversasque magis fibrillas, organaque percolatus purior, quam si per similes semper attollatur, in tene-
riores convenit fructus, faciliusque, atque ideo in priores meliores conversionis est.

201. Excretionis nomine denique id intelligitur quando pars succi nutritii ab interioribus plantae organis ad exteriora membra propelli-
tur per poros corticis ampliores copiosè ~~adhuc~~ exsudat, ubi a frigore, aut aëris compressione in massam viscosam coalescit.
Est vero moderata excretio communis ferè omnibus arboribus est, ut sit vix ulla, vere contentum, ubi succus copiosior, quae laesa quempiam
humorem aliquantum viscidum non reddat. Vulgare est gummi Arabicum, vel nostras ex amygdalo, cerasis, arme-
nis prunisque colligi. pix ex pinu picea. resina ex abiete, purior ex therebintho profluit. Pretiosa sunt, quae suaveo-
dolent, ut ex Lentisco mastix, myrrha ex cognomine arbore, thus & opobalsamum ex arbore balsamo in Arabia lachry-
marum instar destillant. Flores ipsi, quorum sive ob copiam, sive per viscositatem pactare nequeunt, succum excernunt. Sic mel flo-
lis calore excoctum in cavo calyce nonnullorum florum rapidis, at copiosius in narcisso, caryophilis, rosis, thymo, qua causa apes
in hos prae aliis flores provolant, an vero apiculae hoc paratum è floribus mel in alvearia deferant, vel succum solummodo florum
sugant, qui intra ipsas dein in mel abeat, jam ipsi Senecae dubium erat, qui Epistola 86. de eo disputat. Mel certe arundinis
sive Saccharum, quod potissimum ex Indiis occidentalibus devehitur, succus plantarum est, sive quod compertum in Insula Madera, Canariis
ex arundinibus deprimit, et quia glutinosior, pluribusque sordibus inquinatus est, aquae ferventi jam ahenea, in qua calx vi-
va ~~[illegible]~~ macerata est, solvitur, tum post, ubi postquam aliquamdiu despumavit, ab igne removet, tum in terrea vasa conica
infundit, ubi evaporante aqua residet in eam, quam videmus soliditatem concrescit, sive Saccharum illud surgam quod in Cana-
~~da~~ sive nova Francia in America ex acere, sive platano colligi perhibet. Fit nempe in Februario aut Martio in hac ar-
bore ad pedem unum profunda incisio, huic applicat fistula, per quam stillans succus in vicinum vas trajicit tam copiosè ut
acer crassior 160. sextarios fundere dicat, liquor hic deinde coquitur bullire sinit, donec aliquot sextarii in lagunas dein ex-
motus in optimi, & priore purioris Sacchari frustum concrescit, ac dum bullit, continuo agitatus est, secus in massam lapideam durissimam
abibit.

Articulus 4.

Articulus 4tus
De plantarum morbis & horum remediis.

202. Omnes morbi plantarum in eo consistere videntur, quod partes, organaque perturbent, ut nec necessarius succus, neque ut oportet omnes in partes dispensari possit. Hos in duas partes partiuntur, alii sunt interni, alii externi: illis planta corripitur a excessu, vel defectu, a priville succi defectus fibris utriculisque siccitatem, contractionesque inducit; excessu, fubuli nimio humore rumpuntur, spiralia vasa occluduntur, ut & aeris actio, & succi circulatio impediatur. Nauis denique siccus est, cum a acrimonia nimia filamenta radicum organorumque reliquorum erodit, unde scabies, impetigo, & decorticatio non raro, vel praesertim cortex a viscositate densitatis poros obsidet meatusque obturat. His seu ut causae morborum seu ut morbi alii adjunguntur: vermiculatio, quando infesti arboris vermiculi eas obsident, fibrillasque rodunt, & ea potissimum parte, qua teneriores, percolandisque utilibus succis optimis aptissima. Lepra fit cum muscus, viscusque, fungique arboribus adnascuntur, qui dum radicibus suis in ipsum arboris corticem intrusis, haurito succo augescunt, fit, ut hujus ob defectum, lepra quadam arborem obsideat, languescant rami, tum tota intereat. Senium denique eas consumit, dum fibrillis jam aridioribus, carie vitiatis succum nutritium a attollere, a retinere nequeunt. Sed non eadem est arborum aetas, citius delicatiores intereunt, quod in herbis in intuemur: solidiores, ut quercus, plura saecula perdurant.

203. Externi vero plantarum morbi sunt: Rubigo quae & erugo dicitur à rostido quodam, et acri interdum aëris humore provenit, qui in intiora receptus, succum, & per hunc ipsum plantae, a fructus adeo corrumpit, ut in farinam nigram convertat; frequens in tritico & siligine, in vite rarior est. Uredo est guttulae aqueae fibras, porosque plantarum obsidentium, anxia & subita constrictio, a calore solis sequenti repentina exsiccatio, quod fit quoties urente sole pluvia decidit. Roratio demum nimia imbrium copia vocatur, qua vel flores a semine excutiuntur, vel teneriores plantae inundatae putrescunt.

Celeriorem his omnibus mortem arbori vulnera afferunt, licet ab illato vulnere non omnes intereant, nam pinus, abies, terebinthus, betula, vulnere à succo superfluo liberantur, ubi aliis & cum primis tenerioribus plantis, vel contusio, convulsio, imo vehementior ventorum impetus, et & salibus suis acrioribus perniciosa est. exagitatio excidium facile affert, ictus vero grandinis certissimum: nam violentis motibus illis, succis intercluduntur meatus, grando vero nitro

204. Sed sua sunt his etiam remedia, licet ab uredine, gelu, pruina, & aliis profecta damna qui emendet, solus est DEUS, at in reliquis haec nec sine fructu adhibentur. 1º si quis in ipso terra succo defectus est, fossione, fimatione, mistione varia corrigitur: sic enim & pluviis aditus, & salibus fermentatio, calor denique temperatus procuratur. Quodsi sicca & sterilis sit, ligna semiputrida, cum ditiori terra quibusque seminandae sunt plantae, eruta plantaeque terra commisceant, viscositas nimia excrementis columbarum vitium cineribus temperatur, densitas tenacitasve vel arenis maltis, vel combustis plantis aliis, vel denique trita, & autumno compsa calce raresit. Vermes & insecta salibus certis abigunt: ita plantae quatenus circa aqua respergant, in qua ruta, absinthium, foliaque tabaci incocta erant, & vermes erucaeque fugient, ut referunt Ephemerides Eruditorum ad Annum 1667. Lepra medicinae corticem arboris à summo deorsum per lineam rectam, Martio a Mense Aprili usque ad lignosum incidere, & quidem ex parte solem ditissime respiciente, sic enim succus, qui fungis, muscis serviturus erat, affluet, a arboris se magis expandentis augmentationi impendet. Vulnera luto, a argilla vel cera & terebinthina obline, & curabuntur, quin dissitum non demum, modo cito colliges hac methodo restitui sit.

205. Postremo pruinae damna avertisse non paucos hac ratione constat. Imminente illa humidis lignis, foliis, stramine et contextis igne suppone, ut fumus copiosior super plantas deferatur, idque praesertim circa auroram, qua frigus intenditur. Sed quod calidis, fumi plicatis temperabit. Sunt qui hac in ratione à fructiferis arboribus gelu prohiberi posse contendunt: sub finem hyemis nives, glaciesque ad radicem arboris aggerunt, & stramine terraque ingesta obruunt, ne solis calore dissipentur, sic enim frigore succum ne ante tempus in flores erumpant prohibent, tardius, sed securius germinaturae. Sed de his olitores plura magis probata docebunt volentem.

De Zoologia, & Anthropologia.

Ex vegetabili Regno in animale transgredimur, tractationem de Brutis, & eorum quae de hominibus ait sane quam amplissimam brevi compendio executuri, & temporis quidem angustiis id exposcentibus, sed voluntate praesertim nostra. Heri enim nonnullos latissime hic in historiam naturalem excurrere, alios ne minimam corporis organici partem inobservatam relinquere, in generationem, morbos, remedia, interitum, copiosissime disserere, ut Anatomicam, medicam, historiamque complecti voluisse videantur: et ridiculae delectemur conspicuri fortasse non istorum, quae liceret vestigia, nisi praevisissemus haec plerisque fere non pariter intelligi, vel memoriae retineri; lectatam tamen modo praesertim à discipulis, ne intelligi quidem. Hic id agimus, ut ne, qui in minora lustraverint, nobis liora negligere, & qui extra pervestigaverint, in nostro ipsorum orbe peregrini videamur. Prima itaque parte variis aliorum reptilium, piscium, avium, speciebus adductis, in omnium generationem inferemus; altera ex inspectis fere corporis humani partibus, ejusque corporis brutorum cognitionem adipisci admitemur.

PARS PRIMA
De variis animalium speciebus.
Articulus primus
De Insectis.

206. Bruta animalia variè ab aliis disposcunt. Veteres quidem perfecta alia imperfecta dicebant; illa erant, in quibus membrorum artuumque diversa organa sunt magis conspicua, ista vero, quae partium organicarum nobilitate carent, insecta appellabant. Recentiores cuncta partim terrestria, aquatica, aërea, à locis in quibus vivunt, dividere consueverunt, nos paulo aliam insequemur viam et insecta expediemus. Sunt vero insecta minima quaedam animalia variis incisuris praedita, à quibus nomen sortita videntur. In his vermium, formicarum, muscarumque varia genera recensent. Haec vel quae libero cernuntur oculo, plurima sunt, multo tamen copiosiora, quae nos fugiunt, sed simul minutissima. Certe testes Curiosi Anatomici ope quidem microscopiorum observarunt vel minimos pediculos pilosos, intra quos novos adhuc non modo recipiant, et & ova sua deponant, mira ubique exiguitate; unde laudatus author existimat nullum tenuissimum de calculum, quod minora adhuc & prope innumera non contineret, ut taceam ea, quae fluidis, vel purissimis existimatis, innatant, quod in aceto expiri potest.

207. In primam classem reperimus ea, quae jam perfecta nascuntur, nequam commutant speciem, ut pediculi, pulices, acari, aranei, qui ulti: mis pedalis allebrum noverunt. De his eruditè ait Cl. Malpighius in tr. de Insectis. Nos sexum nempe utrumque singulis convenire. De his dissertatione peculiari 1710. montis Pessulani edita Cl. Bon Galliarum Regis Consiliarius plura detexit; na sua hac ratione producere: punam e papillis, quas 7. circa anum observavit, stamina erumpunt, quibus viscosa firmam muro uni facile applicant, ex hoc suspensi ubi ventum observant, ex aliis fila alia ejaculantur, quae longiora in adversum murum vento facile pellit, cui cum unum eorum adhaeserit, pontis instar araneo servit ex uno in alium adeundi. Denique idem Cl. Author testatur se ex his filis & telis magna copia congestis, & in aqua sapone, sale petrae, ac gummi arabico confecta maceratis, dein carminatis, fila duci curasse, è quibus tibialia bombycinis paria apparavit.

208. Secundae classi accensent insecta quae imperfecta nascuntur, pedibus alisve destituta. Insecta haec ex ovulis suis exclusa sub quadam membranula, quam nympham dicunt primum evolvunt, dein ea disrupta provolant. Inter haec Aldrovandus numerat cimices, scarabaeos, bruchos, cicadas, locustas, quae fortasse locustae à lacubus, in quibus copiosè pereant, appellabant. Infestae nobis è paludibus Asiae pervenire videntur, in quibus id viridarium ut 10. abhinc Annis observavimus 300 ovulis foemellam unam fungeri, quibus nehyemis nocuerit.

209. Tertia classis insectorum complectitur speciem mutantia, sic ex vermiculo infructibus delitescente fit papilio, ex his brucis prodeunt erucae quae foliis plantarum saturatae exuvias ponunt, atque in Chrysalides, ab aureo colore, sic dictas, mutantur. Quodsi erucae filo circa aliquam circumvoluto se suspendit, saepe muscas confusas, & nigras oriri conspicimus. Inter haec potissimum bombyces sunt memorandi, qui

ex papilionum genere nati vermiculi, dein erucæ fiunt, quæ emissis filis sericeis involvunt, demum rupta nympha in papiliones erumpunt. Bombycum usum primi invenere Seres Asiaticæ Scythiæ populi, à quibus fila Serica dicta sunt. Jam mutationes hæ non aliundè, quam à partium organicarum sive evolutione provenire existimandæ sunt, cum papilionum partes intra erucæ nympham latitas non semel Anatomicorum industria detexerit.

Articulus secundus
De reptilibus.

210. Reptilia sunt, quæ pedibus carent; ut vermes, lumbrici, serpentium varia genera. Hæc relictis iis, quæ cum aliis animalibus sunt communia, in serpentibus, utpote notissimis contemplabimur. De horum generatione Plinius refert lib. 10. naturalis hist. cap. 62. serpentes ovis intra se fœtis incubare & fœtum nonnisi post annum excludere, viperas vero contra à 3o optato die parere catulos singulis diebus singulos 20 ferme numero, ceteros vero tarditatis impatientes, lata, occisâ matre prorumpere. Sed fabulam esse probavit Parisiis celebris Pharmacopæus Regius Moyses Caras. Ventriculus serpentum laxiori intestino similis est, ex uno ductu à faucibus ad caudam usque porrectus, quo fit, ut escam citissime absorbeant, sed indigestâ distendantur ita, ut non raro, immobiles fiant. A vertice ad extremum caudæ vertebris, costisque solidis instructi sunt, quarum ope posteriores partes contrahendo, dein anteriores extendendo serpunt, facile eriguntur, & se in gyros quosvis colligunt, imo aspides persæpe posteriori corpori innisi anteriore multum contracto subito vi tanta prosiliunt, ut sagittæ instar feruntur. Quartum vero partes eorum carneæ, multo, quam aliorum animalium partes, & magis spiritus vitales diutius retinent, unde fit, ut dissectorum in frusta diutissime moveantur, nec alia, quam hæc diutissima transpiratio est, quod, teste Cl. Redo Neapolitano inedia per 9. pluresque menses absque cibo & potu adhuc viribus valeant.

211. Venenum serpentum nonnulli à felle eorum non distinxere, quod à vesica subito ad dentes commigraret, at probavit Redi fel viparum viridis est coloris, venenum nullius; nullosque tubulos è fellis vesica ad os devehendo liquori aptos inveniri potuisse; At vaginulæ quædam in gingivis palatoque detectæ sunt humore dulci & diaphano nec multum ab oleo amygdalarum dulcium distante, plenæ, ex quibus expressus humor haustus non nocuit, at pullos vulneribus infusus eos intra exiguum tempus enecuit. Atque his vaginulis, quibus dentes tegi observati sunt, virus suum debent.

212 Non abs re fuerit controversiam illam de Draconibus inter eruditos motam hic adducere. Draconis porro nomine vasti corporis serpens, squammis toto corpore instructus bipes, quadrupes & alatus venit. Dracones quidem dari ex ipsis Scripturis Sacris litteris patet, quæ Danielis 14. Jerem. 5. Ps. 148. eorum meminere, at hos, ne, quas descripsimus, intelligant, hoc denique dubium est. Hos inter fabulas reponunt non pauci & nimiæ veterum credulitati adscribunt, eo, ut reor, argumento, quod recentiorum industriâ nulla vel unus detegi potuerat. Verum licet commenta existimem plurima, quæ de draconibus scriptis quoque raira circumferunt, attamen ut fidem omnem illorum, qui de iis testantur, virorum abrogem, non occurrit ratio: Inter ipsos cum eorum cadavera, exuvias ipsi se spectasse affirment, ut Cardanus Parisiis in Museo Guilielmi Musici: Aldrovandus draconum cadavera condita suo in Museo se asservare scribit. Kircherus Romæ in Museo Cardinalis Barberini tomento quidem tantum exuvias draconis spissas spectari; sunt qui capite ipso draconis per Urbem à quodam Lanio infecti auctum memorat, ut taceam testimonia, quæ Mundi sub. ... l. 2. lib. 8. plura adducit. Sed nec physicis rationibus obstare videtur, ut velut erucæ rupta nympha pedes accrescunt, alas ita vastioris cujusdam speciei serpentis rupta inde nympha sub bipes aut quadrupes assurgat.

Articulus tertius
De piscibus.

213. Piscium nomine late, apud philosophos, quam vulgus porrigit, nam illis quidquid in aquis degit, pisciis, ut amphibia non, quæ vicem in aquis, liberoque in aere agerunt, ut crocodillus, castor, lutra, testudo, in his numerent. Piscium in mari, fluvis paludibusque tam diversa videntur genera, tantaque copia ut vetus nec deciso adhuc dum quæstio sit; plurane terrestria, quam aquatilia sint animalia. Nos hic præcipuas piscium partes describemus. Caput piscium si cum reliquo corpore conferatur, est, etsi grande, quam cetero animalium, ut contra cerebrum in hoc multo minus, ut teste Nicolao Steno in Carcaria pisce etsi corporis ter mille libras superavit, cerebrum vix tres uncias æquavit. Oculi rotundi ad figuram sphæricam, quam proxime accedunt, Deo sic disponente, ut ne in aqua medio minus ac aere pellucido pisces caecutiant, pulmonibus ut plurimum sunt destituti, quorum vice ad respirandum branchiis ad utrumque capitis latus sunt instructi, quibus aerem cum aqua sive separent & respirent; expansis enim branchiis aquam hauriunt, at contractis illis, dum hanc revomunt, particulas aeris ei immixtas, vi quadam expressas per brancheas contextum in interiora, ac sanguinem immittunt, unde etsi pulmonibus careant, aerem respirant tamen, contra quam quidam Physici voluere. Quod ut exploratum firmemus: piscina juri, quam parum ejus copiâ angustè clausi, etsi omnes aquæ exsistant, intereunt, ob exiguum nimirum quasi suffocatum aerem; probat idem Cl. Boylius in Act. Lond. ad Annum 1678. expertus è aere exhausto in ipsa ... aqua recipiente pisces. Sunt tamen quidam & pulmonibus præditi, iique potissimum majores mole, ut balenæ, delphini; at hi in suprema aqua passim versantur, ut aerem captent, nec diu sub eadem permanere observati sunt. Malpighius pulmones in ranis, & quidem diutius ac aliorum animalium laxos detexit, quo fortasse fit, ut & in aqua & sub exhausto recipiente diu permanere queant.

214 Piscium utique aliorum animalium uteris consimilis est; alii ovula, vivos alii fœtus edunt, & hi pauci, nec fere, nisi marini, ut balena, vitulus, delphinus, reliqui ovulis innumeris aquas implent, quorum tamen magnam partem mares devorant, quæ supersunt calore matura, pisciculos excludunt. Vesiculæ non quæpiam in piscibus sunt repletæ quarum dilatatione pisces aquâ expressa leviores ascendunt, contractione vero graviores effecti descendunt. Ad cujus confirmationem refert Borellus in Tr. de motu animalium. cum vesicula haec cuidam pisci in vacuo disrupta fuisset, in piscinam immisso, integro, quem vidit mense, in fundo quidem repere, at ascendere nunquam est visus. Unde qui folliculo hoc destituuntur, in fundo degunt, potissimum ut cancri conchylia. Vulgares pisces argenteum vero sunt sanguinis copiam, sive arteriae, vena sunt, ut hoc interiores partes constant suffusæ sint: In quibusdam, ut sepiis, lamarda per sanguine niger quidam species est, quo emisso aquam tingere, ut piscatores eludant, probant; in aliis per venas & arterias liquor instar aquæ fluit.

215. Natant porro pisces non, ut Borellus putat caudæ vibratione, cujus musculi validissimi sunt; pinnas enim ejus corporis respectu ordinis breves, nimiumque flexiles sint, ut aquæ vi illa, quâ ad eam promovendam requirit, penitiendo impares videantur, inde ad natatum vix quidpiam conferre subjicit, quod his non resectis pari velocitate moveri pisces expertus sit. Deserviunt itaque pinnæ, ut ne piscis hinc inde vacillet, nam parte superiore piscis graviore, facile fieret, nisi duplicatæ adessent pinnæ, ut pisces in dorsum supini revolverentur, prout hoc situ eos, qui interierunt, intuemur. Dictis quæpiam notabiliora de his animalibus conjungamus: Balenæ sunt ingentis molis, ut quædam 900 pene pedes longæ sint; Delfinus minima pene cetorum species, aquam instar fontis salientis evomit, sonitu ... delectatur, ... & navibus ... natat, & ita docilis est, ut vocatus pareat; reliquis mutis hic solus vocem gemitus similem edere probat à Schotto in Phys. curios. in qua laudatus Author de lucta non probat, eas in Sicilia non raro ... ri adeo, ut ad extremum signum in aquas se injiciant, pisces sibi offensos asservante.

Articulus ... tius

Articulus Quartus

De Avibus

216. Aves aëris incolae, in quo ut plurimum volant, spectant. Varia earum est divisio ab esca, qua vescuntur. aliae carnivorae sunt,
ut aquila, vultur; aliae omnivorae, ut philomela; aliae baccivorae, ut merula turdus; aliae granivorae, ut alauda, carduelis. Quidam
eas in aquaticas & terrestres, domesticas, & sylvestres, diurnas & nocturnas dispescunt; at Plinio judice distinctio in pedibus intra
est, quibus binis digitis formatis instructae sunt. Manucodiatam seu avem Paradisi in Insulis Moluccis reperiri solitam, pedibus
carere Recentiores fabulam esse in utramque partem Schottus Phys. cur. lib. 9. cap. 52. multa disputat: ipse in ea, quam Posonii in phar-
macopolio Residentiae Societatis Jesu viderim, pedes frustra quaesivi. Verum haec & alia ab historicis peti possunt, nos ad ea [illegible] transimus.
De capite avium id praecipuum occurrit: cerebri figura in his, si cum quadrupedum, & hominis cerebro conferatur, inusitata est. Cum enim
his corticalis pars cerebri exterior sit, cui substrata est medullaris, in volucribus inferior cerebri spatia corticis loco est, superior medullaris.
ubi & ventriculi in Ora exteriore siti sunt. Ad latera rostri utrinque in avibus nares sunt, ex his partiam tracheam aër defertur ad pul-
mones, qui tracheae annexi sunt; pulmonum loco in anatibus Gerardus Blasius vesicas membranaceas ad ventriculi interio-
ra porrectas deprehendit. In aquila pulmo est coloris rubri, qui ad renes usque descendit & abdominis mediam capacitatem late
occupat adeo, ut aër immissus quaquaversum cava hujus impleat, id quod in aliis avibus cernitur. Hac aëris copia fit, ut Or-
multo leviora fiant, quam si pulmones exigui forent, ut sic facilius in aëre suspendi possint.

217. Ventriculo gemino instructae sunt aves, alter a medio collo deorsum porrigitur aptus granis aliquibus emolliendis ut postea in infe-
riorem ventriculum demittant; hic oesophagus, ingluvies dicitur. inferior ventriculus carne solida compactus, in quo [illegible]
papillae. Sunt in hoc bina foramina, alterum in quod desinit oesophagus, per quod esca ad secundum defluit; alterum, per quod secreta in
intestina decidit, quod pylorus vocatur. Vesica porro aves omnes carent; id circo album & liquidum excrementum aliud in renibus
secernit, in intestinum defert, & cum purgamentis crassioribus excernit. Uterus foemellarum [illegible] crassissimae [illegible]
in gallina est, cujus intra figura ovalis, ut quasi modulus quidam, in quo ovum suam figuram nanciscatur, videas; in hoc ovum p[illegible]
fit, albumine cingitur, & testa [illegible] superior pars uteri tubulo instructa est, per quem ovula ex ovario descendunt. Ovarium vo[illegible]
locus, in quo vitella continent situm est ipsa jecur ad spinam dorsi est membrana vasculis intexta, in qua innumerabilis
diversae magnitudinis vitellorum multitudo est, qui instar racemorum sunt dispositi. Haec de anatome avium pauca ex Cl. Martino Nadovolsk.

218. Cum volare intendunt observatum est flexis prius cruribus saliendo in aërem efferri, dein explicatis alis ipsum aërem
pertiunt, cujus resistentia paulatim ac repetitis ictibus attollunt se & lineam curvam, quod si horizontaliter provehuntur, ictibus
aliquem obliquis [illegible] retro agunt. Invaluit hactenus opinio avium motus ope caudae velut gubernaculi [illegible]
flecti; at Cl. Borellus motum alae dextrae ad sinistram, sinistrae vero ad dextram se flectere aves docet, caudas vero ut sursum
& deorsum ferantur, efficere. Ad volandum vero cauda necessaria non est, sine qua motus alarum sufficit, sine si aves per aëra
ferantur sine actuali alarum motu, id fit, vi impetus alarum vibratione prius acquisiti & adhuc perdurantis.

Articulus Quintus

De animalium generatione

219. Hactenus animalium diversae speciei anatomen brevi compendio exposui, de quadrupedibus, seu ut aliis placet, terrestribus tacuimus,
cum organorum in eis dispositio ab humana haud ita multum disparem esse Anatomici doceant. Quaepiam de iis singularia qua
Historicae potius, quam physicae sunt, scriptoribus illius relinquimus. Nos hic duobus sequentibus numeris complectemur id de quo de [illegible]
dispari cum proportione generationi hujus applicandae existimantes. Porro Author de ortu animalium triplex est sententia. Prima
antiquorum est, sequacium est, qui opinantur vim quandam plasticam omnibus perfectis animalibus inde, a qua fieri omnes formas; imperfecta an-
imalia omnia e putri & corrupta materia ortum ducere, ut e putrido caseo vermes, formicas e terra, e panno tineas &c. Verum quid vis illa plastica?
quà ratione operetur, qui putredo viventis perfecti adeo organi causa sit? altum tacent. Secunda Medici permulti suo cum Hyppocrate
fuerunt, existimantes e patris matrisque seminibus commixtione in matris uterum decidua generationem oriri, utpote ex singulis patris matris-
que partibus insensibiles quaedam seminalium particulae avulsae in utero coliquentur, & similes similibus consocientur, ut adeo omnes, quae e cerebro
adeo deserviunt, fetus cerebro, cordi vero e cordibus utriusque defluentes, fetui sic de ceteris. Tertia est Cl. Hartsekeri & Löwenhoeck, hi cum
multos vermiculos in masculino semine velut natantes conspexissent, opinati sunt animal in utero matris ex eorum, quod
unus aut plures vermiculorum in uterum delapsi, & inde in ovarium penetrantes ovulo cuidam se insinuant, in quo nutri-
antur, crescant, evolutis prius sic embriones fiant, ac tandem in ipsa animalia formentur. Ita & hodie omnes Cl. Harvei
sequi, qui in faemellis ovaria, in his ova, in ovis singulis subtilissima organa imo ipsum animalis formatum docet, non secus
quam in seminibus plantas. Hoc aliquod cum spirituosis masculini seminis particulis perfundi, foecundari, id est turgescit,
commovet in uterum decidit, ubi humoribus evolvit, & partibus omnibus explicatis ex utero excernitur, ut est partus. Haec hono-

220. minus de perfectorum, quam imperfectorum, quae falso talia existimanda sunt, originem spectant. Distinctio in systema de generatione imperfectorum
verosimillima videtur Recentiorum sententia statuentium nullum animal ex putri oriri, insecta vel ipsa ex ovo generari. Nam si haec &
putredine orirentur, cum ex eadem oriri non possint perfecta? quin ipse homo? quod nemo admiserit. Certe eadem est organorum
varietas in utrisque & Anatomici consimilem pene harum dispositionem notarunt non aliter modis dixisse in muscis & avibus, vul[illegible]
cet & elephantis; ita si partium subtilitas spectetur, potior in insectis, quam in perfectis animalibus est partium structura. Si igitur concur-
rente materiae moleculis temere concurrentibus insecta generentur, ista quod parvulum, non vero omnis suam deberent originem. Sed
& alia sunt, stabilitatem nostram fundata, eadem semper animalcula nasci videmus, eadem in his dispositionem intuemur, ubi ut con-
modo materia putrescentis moleculae occurrant, pene impossibile est; quod Sua habent ova animalcula, eaque copiosissima, quae
certis in locis, putrescentibus praesertim deposuisse animadversum est, quin putrescente materia & foetidae [illegible] ovula [illegible]
Nec dicas: Insecta iis in locis generari, ubi nulla sunt ova, ut in caseo, carne, aceto; apes ex putrefactis tauri visceribus &c. Nam
eodem perfecto argumento lepores e dumetis, cervos damasque e sylvis oriri contendas, cum ex his repente prodeant. Sed
& hic credula nimis vetustior aetas fabulas non paucas obtrudit, ut Cl. Plucke T. 1. Dial. 6. interlocutore de comite dictis [illegible]
dit. Caelum cum & a circumvolantibus animalculis copiosa deponant, & in cibo a nobis, aliisque sumitur, non pauca in dies absu-
mant quam in aëre in copiolura circumferuntur, quid non est in putrescentibus ubi ex ovulis animalcula prope. Habe Malpighii
& Redii de aëre experimentum. Illa carnis frustum recens desectum una aëri libero exposuit, alterum vitro servavit; [illegible]
utrumque putruisset, in illo vermes, in illo vero [illegible] hoc deterere. Quod si urgeas: cur non alibi quam putri ovula deponant, cum
insecta aliunde prodire non videant? in putredinem calore suo quasi educant, ut semina evolvant, cum in tota loca aliis
nulla evolutionis dispositio apta est. At nec in omni loco sua condunt ovula, nisi casu insecta, velut nec omni in arbore aves
nidificant; sic vories, qui caules rodunt frustra in arboribus quaesivis, & bombyces nonnisi in moris reperies. Sed enim admiranda
naturae Authoris circa haec minima providentia, ipsorum animalculorum sollicitudine fit, ut iis potissimum locis semina sua
collocent, in quibus evoluto foetui de pabulo quam prisum sit. In universum nobilitatibus dici meruit, omnisi in putri haec nasci.
in medio durissimarum arborum glandiumque visere vermes, quorum semina se cum sycco circumstante fortasse penetrarunt, haut
in tenerarum adhuc plantarum superficie ab insectis inserta sunt; imo lege Cl. Lesseri Theol. insect. Tom. 2. c. 2. & in sanguine anima-
lium recens emisso in visceribus stomachoque vermes reperiri non mirraberis, cum plurima non jam ova, sed animalcula viva nos
quotidie glutire, escis, & praesertim grano pipis, microscopio subjectis, erudite docet, quae sanguine caloreque interno fecundata in
vermes citius abire possunt; non tamen omnes, quia non eadem omnibus evolvendis dispositio deservit. Et haec causa, cur hausti tot
cum aëre plantarum seminibus in corporibus animalium nullae generentur, cum plantae nimio decoquantur calore, neque ubi radices figant quiete, in
corpore reperiant. Caeterum ex Ephemeridibus Eruditorum Germaniae relatum legi fuisse hominem, ex quo singuli per intervalla abscede-
bant, in altero jam quinquagenario caudam fungis obsitam detectum, quam in Elephantis stomacho animadvertam medices exstisse. Ex his

jam

jam intelligis qua ratione ex fimo equino scarabei, ex anatum cadavere bufones nascantur &c. Siquidem equi cum
herbis hor. semina, anates cum bufanculis eor. ova deglutiant. = At duo adhuc resolvenda restant; alterum:
Anates Scotiæ vulgo Brantes vocatæ ex putridis navium fragminibus nasci dicuntur. Alterum: animalia ex
ovulis nata non esse ejusdem cum parentibus speciei, quando bombyces ex ovulis papilionum, imo & minutas mus-
cas prodiisse Vallisnerius Tomo I. de orig. verm. testatur. Ver. de Scoticis anatibus error vulgi est; nam teste Kirchero in
mari glaciali à Scotia non multum dissito anates copiosissima ova in glacie deponunt, quæ subinde glacie è stat..
soluta ad Scotiæ insulam devehunt, & collisione cortice rupto, effusa ex iis substantia spermatica fragminibus navium
adhæresit, ubi mox crusta ex variis particulis informem fungi coalescente obducit, sub qua dein per fermentationem
calore solis effectam corpus anatis formatur ita, ut pullus prodeat. Ad alterum dico: bombycem, papilionem aliaque animalia
speciem, ut supra retuli, mutantia ejusdem re ipsa speciei esse cum illis, à quibus originem ducunt, totamque diversitatem
in eo esse, quod partes successive evolvant. Quod vero ex ovulo vel ovulo musca prolet, à Cl. Pluche observatum experimentum
cogita, qui in ovulo papilionis duo foramina deprehendit, majus alterum, per quod musca exivit; sed in alio ovulo papi-
lionis interiorem ovum muscæ conspexit. Deinde tanta te insectorum repente prodeuntium copia ne terreat: nam Aristote-
les lib. 6. Hist. animal. cap. 37. memorat murem prægnantem, post paulo quam captus est 120. musculos peperisse. Lees-
vers loco laudato testatur papilionem 431. ova magnitudine milii cum edidisset, altero die alia 170. produxisse. Rhedius vero
ex unica musca viridi 200. prodiisse. Pari modo de locustis dicendum.

221\. Enodatis difficilioribus de generatione imperfectorum in numero præcedenti, pauca hoc numero de generatione perfectorum dicenda.
Sententia eor., qui omnia perfecta omnia, homine quidem dempto ex ovo feminino per masculinum semen fœcundato
generari asserunt, prœ ceteris verosimilior videtur, ad hoc pleno, paritas ab oviparis deserviat. Non tantum in oviparis, sed & in
viviparis dantur ovaria, & sicut certum est oviparorum fœtus ex ovo generari, ita verosimile saltem vivipara suos pariter ex eodem
educere. Anatomicorum experientia testatur, & omnibus sit Cl. Harvey, qui generationem accuratè pervestigans in dissectis feminarum, seu
brutorum seu hominum cadaveribus deprehendit ovaria duo ultra uterum utrinque porrecta, sicut ovarium in gallinis. Sunt ista
corpora nerveo carnosa, quæ singula in suis calicibus glandulas, seu vesiculas humore quodam plenas magnitudi-
ne ciceris, si maturiora sint habent, ovisque vel inde similes, quod aquæ ferventi imposita non secus ut albumen
coagulentur. Fallopius postea illustris anatomicus tubulos, ex ejus nomine dein Fallopianos dictos reperit, per quos longe com-
modius, quam in avibus glandulæ, seu ovula ex ovario in uterum decidant. Lege in Hist. Acad. Reg. Paris ad annum 1701.
Cl. Litreè testimonium, qui ait se in cadavere feminæ præter ova in ovario collecta, invenisse ovum in liquore pellucido,
in quo corporis membra signata jam fuere. Anatomici Viennenses circa annum 1738. in tali cadavere
præter ova in ovario duo alia reperere, unum ab ovario jam solutum, alterum in tubo Fallopiano, in quo lineamenta
humana libero oculo distinguere potuisse ferunt. Morg Ingolstadii Medicinæ Doctor ex vacuis ovarii caliculis
quot partes defuncta ediderit, agnovit; quæ si integra ut non dubito, fide relata sunt, verosimillimum est profecto, vivipara uni-
ovipara esse. = Sed firmemus opinionem nostram rejectis aliorum opinionibus. Generationem ex spermate utriusque pa-
rentis permisto absque ovulo non fieri, inde patet, quod hac ratione nonnisi fortuito moleculæ spermatis concursu tam
nobilis structura exsurgeret; nisi enim ad quandam vim plasticam semen disponentem recurras, nullam in utero
